

Friedrich-Universität Bützow

**Rector Et Concilium Academiae Fridericianae Buetzouiensis Sollemnia
Pentecostes Pie Religioseque Celebranda Ciuibus Indicunt. Praemissa
Commentatione De Inhabitatione Dei Et Peculiariter Spiritus Sancti In Iis, Qui
Christum Fide Amplectuntur**

Buetzovii: Typis Joann. Gotth. Fritzii, [1771?]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1837742456>

Druck Freier  Zugang



Univers. Bützow.
Pfingstprogramm. 1771.

Mkl h

3476



zfb ME

05. Aug. 1999

● entsäuert

Math. h.
3476

0
RECTOR ET CONCILIUM
ACADEMIAE FRIDERICIANAE
BUETZOUIENSIS

SOLLEMNI
PENTECOSTES

PIE RELIGIOSEQUE CELEBRANDA

CIVIBUS INDICUNT.

PRAEMISSA COMMENTATIONE

DE

INHABITATIONE DEI ET PECULIARITER SPI-
RITUS SANCTI IN IIS, QUI CHRISTUM
FIDE AMPECTUNTUR.



BUETZOVII


TYPIS JOANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. DVC. AVL.
ET ACADEM. TYPOGR.

1771

RECTOR ET CONCIUM
ACADEMIAE FRIBURGIANAE
SOLLENNIA
PENTECOSTES

THE RECTOR OF CLERMONT
CIVIS FRONCO
PRAEFATA COMMENTATIONE
DE
IMITATIONE DEI ET PECULIARITER SUI
RITUS SACRI IN IS. CH. CATHEDRA
SUI ANTIQVITATE

FRIBURGIA
Johann. Gottfr. Frensch, Sacerd. Divo. Avin.
de Acad. Frong.



Jam denuo, quae *Dei* est clementia, viuendo attigimus festum laetissimum, quod ecclesia christiana memoriae *Spiritus Sancti* in primos *Christi* discipulos olim effusi pie grateque recolendae iure suo consecrauit. Si hoc solum consideraueritis, *Ciues amicissimi, Jesum* nostrum, a quo omnem salutem expectamus, per illam missionem *Spiritus* diuini sollemnem miraculum edidisse nunquam satis admirandum, suosque discipulos donis miraculosis varii admodum generis instruxisse, vt ea re ad omnes constaret, *tum* ipsum vere esse *Messiam* & totius generis humani seruatorem, ad cuius

cuius characteres a prophetis V. T. patefactos etiam haec effusio *Spiritus S.* inprimis referenda sit Joël c. III, 1-5. cf. Act. II, 16. seq. Zach. XII, 10. *tum* ipsum necessario *Deum* esse, quoniam personam diuinam, quam se missurum pollicitus esset, re ipsa miserit, & verissimum esse, quod ipse professus esset, se confedis ad dextram Dei patris sibi traditam esse omnem potestatem in coelis terraque exercendam Act. II, 33 - 36. V, 30 - 32. *tum* doctrinam ipsius vniuersam de salute nostra esse verissimam neque vlli dubitationi obnoxiam, quippe cui Deus istis *μερισμοῖς Πνεύματος ἁγίου* testimonium praebuerit omni exceptione maius Hebr. II, 4. si hoc, inquam, solum cogitaueritis, fatendum erit Vobis, Ciues Carissimi, summo iure a nobis exigi, vt saepissime tum priuatim tum publice etiam ac sollemniter in memoriam mentemque reuocemus, laudibusque & animi gratisimi testificationibus celebremus miraculum illud effusi Spiritus Sancti stupendum aequae ac saluberrimum, quo tanquam diuina ac certissima confirmata sit religio, quae si vana esset, omne nostrum solatium euanesceret, desperandum & plane de nobis conclamatum foret. Sed in hoc, quod adhuc diximus, nondum sunt omnia. Quanquam enim ex rationibus, quas paulo ante adduximus, satis patet, istam historiam de Spiritus S. effusione, quomodo is super discipulos Christi primos venerit, in iis habitauerit, suamque in iisdem praesentiam donis miraculosae efficacissimam manifestauerit, non, vt plurimae aliae res priscis temporibus gestae, parum aut nihil ad nos per-



pertinere, sed omnino, si recte cogitetur, ad saluber-
rimos fructus mentibus nostris praestandos accommo-
datam esse: tamen quilibet vltro fatebitur multo maio-
ris solatii laetitiaeque rem esse, si certo persuasi esse
possimus, omnes Christianos cuiusuis temporis, atque
adeo nos quoque hac aetate non minus, quam illa
membra primitivae ecclesiae, quantum quidem ad salu-
tem nostram opus fuerit, Spiritus Sancti ita participes
fieri posse, vt is in nobis vere praesens habitet opera-
tionibusque salutaribus praesentiam suam in nobis ex-
ferat.

Sed hanc rem exoptatissimam in s. litteris, prae-
sertim N. T., nobis omnibus offerri, & servato a no-
bis ordine quodam promitti, id non modo in *prisca ec-
clesia catholici* ita iudicarunt, sed etiam post ecclesiae
reformationem sententia illa a *Luthero* eiusque asseclis
propugnata & in symbolis doctrinae editis inter ea
dogmata relata est, quibus distinguatur ecclesia euan-
gelica ab aliis sectis religionis Christianae, quarum er-
rores in hac etiam doctrina repudiandi sint. Sed, quo-
niam sunt, qui aut ignorent, aut nescire simulent, quid
hac de re Lutherana ecclesia publice profiteatur, atque
illud idem tanquam alienum ab illius doctrina & tan-
quam enthusiasmum ac fanaticorum deliramentum ex-
agitent, quod tamen Confessores nostri vt doctrinam
ecclesiae nostrae publicam & communem proponunt;
operae pretium facturi videmur, si hoc loco, quaenam
vera ecclesiae Lutheranae hac de re sententia sit, breui-

ter exponamus. Quod eo luculentius fiet, si simul discrepantes aliarum sectarum opiniones recensibimus, quibus contradicat nostra ecclesia. Nempe ab *una parte* fuerunt & adhuc sunt, qui sibi persuadeant, Spiritum Dei ita sibi inesse, ut ipsis reuelet *tum dogmata*, quae in S. Scriptura non contineantur, *tum* euentus futuros, *tum* actiones singulares ab ipsis suscipiendas: quae persuasio est *Enthusiastarum, Fanaticorum & Inspiratorum*. Ab *altera parte* fuerunt hodieque sunt, qui *tum generatim* eas operationes supernaturales Dei ad salutem hominum eorumque emendationem spectantes, ad quas efficiendas praesentia Dei & *ἀδυσία* opus sit, fieri inficiantur postquam semel reuelatio in Scriptura S. a Deo data nobis sit; & haecenus modo concedunt Deum post datam reuelationem supernaturaliter in mentibus hominum ad eorum emendationem salutemque operari, quod Deus supernaturaliter & miraculose reuelationem patefecerit & in litteras referendam curauerit, per quam deinde lectam auditamue notitiis naturaliter non excogitandis mentes hominum imbuantur, & per has notitias porro commotiones animi salutares efficiantur; ad quas igitur operationes praesentia Dei non magis necessaria esset, quam praesentia Platonis ad id requiritur, ut ex eius libris notitiam quandam hauriamus, & motus quosdam animi concipiamus; *tum speciatim in habitationem Dei & Spiritus S.* in credentibus non in iis operationibus salutaribus ponunt, ad quas praesentia sua Deus utatur, aut uti necesse habeat; licet concedant Deum *tum* praesentem esse credentibus
nimi-

nimirum, quomodo omnibus rebus creatis conferuando & concurrendo praesens fit, *tum* clementem illis adesse, *tum* operari in illis salutariter, nempe *partim* per vim Scripturae S. logico-moralem, *partim* per providentiam & gubernationem ordinariam & naturalem. Hanc sententiam tuentur non modo *Pelagiani* tam prisca quam recentiores illi, qui Pelagium hac in doctrina sequi haud dissimulant, ut *Sociniani*, ut *Arminiani*, ut *Anabaptistae*, sed etiam, quod mirum videri possit, ii doctores in media nostra ecclesia, qui aut sibi persuadent, aut simulant, se Pelagii errorem hac in opinione damnare, qui prorsus orthodoxi Lutherani videri volunt, & in verbis cum ecclesia Lutherana praecclare consentiunt, sed, si in notiones inquiratur, quas istis verbis subiiciant, plane idem cum Pelagio hac in re sentireprehenduntur. Quomodo hi rationes suas subducant, & quanam fraude aut ipsi decepti sint, aut alios decipiant, ut nihilo minus orthodoxi Lutherani videri velint, & aliquibus videantur, paulo post, quoniam e re Vestra, Ciues Carissimi, fore existimamus, dilucidius exponemus. Ante enim dicendum est, quid ecclesia Lutherana secundum symbola sua publica quoad hanc doctrinam sentiat, & quinam sit tropus paedias eorum doctorum, qui, quoniam doctrina ipsorum conuenit cum libris symbolicis ecclesiae Lutheranae, huius sinceri ciues ac doctores aestimandi sunt. Igitur potiores sententias, quae in libris nostris symbolicis hac de doctrina sparsim occurrunt, colligemus, & huc transcribemus. Possunt illae in plures classes dispesci, & in



in has potissimum referri. *Prima est earum, quibus Confessores nostri profitentur, Spiritum S. non modo in primitiua illa ecclesia christianis missum datumque olim esse, sed etiam succedenti ecclesiae cuiusuis aetatis usque ad finem mundi mitti darique & a quouis per fidem accipi. Hoc igitur dogmate contradicit ecclesia nostra iis, qui promissiones & effata Scripturae S. de donatione Spiritus S. ad dona miraculosa membris ecclesiae plantandae olim concessa restringunt: licet lubentes fateamur, vnum alterumue dictum S. S. de donatione Spiritus S. ab his vel illis theologis lutheranis aut perperam aut certe sine ratione sat firma de participatione Spiritus sancti omnibus in Christum credentibus communi explicari, quae tamen aut certo aut saltem commode de inhabitatione Spiritus S. extraordinaria & miraculorum ferace intelligi possint ac debeant. Sed dogma ipsum modo indicatum manet doctrina ecclesiae Lutheranae symbolica. Sic enim legimus Apolog. pag. 128. edit. Reinecc. sola fide accipimus Spiritum S. pag. 132. fides non est otiosa notitia, sed res accipiens Spiritum S. pag. 137. fides affert Spiritum S. pag. 139. postquam fide iustificati sumus & renouati, accipimus Spiritum S. pag. 142. cum audito euangelio - - fide erigimur, concipimus Spiritum S. &c. pag. 221. Ecclesia - - principaliter est societas fidei & Spiritus S. in cordibus &c. pag. 223. sancti habent inter se societatem - - eiusdem Spiritus S. - - Christum praestare illa, quae promiserat ecclesiae - - dare Spiritum S. pag. 225. non intelligent homines regnum Christi esse - - donationem Spiritus S. - - Euangelium affert Spiritum S. Igitur illi tantum sunt populus*


* * *

lus secundum euangelium, qui hanc promissionem Spiritus accipiunt. p. 228. habet ecclesia promissionem, quod semper sit habitura Spiritum S. pag. 231. Ecclesia proprie dicta est congregatio sanctorum qui habent Spiritum S.

Altera clasfis sententiarum a Confessoribus nostris propositarum eas continet, quibus se a suspitione Enthusiasmi liberant, & declarant, se statuere, Spiritum S. non sine verbo, sed cum verbo & per verbum & inprimis euangelium nobis dari. Pag. 941. edit. Reinecc. Praedicatio verbi Dei & eiusdem auscultatio sunt Spiritus S. instrumenta, cum quibus & per quae efficaciter agere & homines ad Deum conuertere, atque in ipsis & velle & perficere operari vult. pag. 14. per verbum & sacramenta tanquam per instrumenta donatur Spiritus s. &c. Damnant Anabaptistas & alios, qui sentiunt Spiritum S. contingere sine verbo externo hominibus per ipsorum praeparationem & opera. pag. 515. constanter tenendum est Deum nemini Spiritum - - - largiri, nisi per verbum & cum verbo externo & praecedente, ut ita praemuniamus nos aduersum Enthusias i. e. spiritus, qui iactitant se ante verbum & sine verbo Spiritum habere, & ideo Scripturam S. siue vocale verbum iudicant, flectunt & reflectunt pro libito &c. pag. 822. reuicimus etiam - - Enthusiasiarum errorem, qui fingunt Deum immediate absque verbi Dei auditu - - - homines ad se trahere, illuminare &c. pag. 824. relinquuntur igitur ante conuersionem duae tantum efficientes causae ad conuersionem efficaces, nimirum Spiritus S. &

b

ver-



verbum Dei, quod est instrumentum Spiritus S. quo conuersionem hominis efficit. Hoc verbum homo certe audire debet &c.

Tertia classis eas sententias complectitur, quibus Confessores nostri docent, Spiritum S. in hominibus operari, quae ad eorum emendationem internam & salutem pertinent, tum regenerationem & conuersionem, tum sanctificationem continuandam & renouationem. pag. 941. Spiritus S. - - efficaciter agere & homines ad Deum conuertere, atque in ipsis & velle & perficere operari vult. pag. 580. Spiritus S. corda hominum aperit &c. pag. 139. lex non potest fieri sine Christo - - sine Spiritu. pag. 141. Christus ad hoc datus est, vt propter eum donec - - Spiritus S. qui nouam & aeternam vitam ac aeternam iustitiam in nobis pariat &c. pag. 142. concipimus Spiritum S. vt iam recte de Deo sentire possimus, & timere Deum, & credere ei &c. pag. 143. petimus, vt gubernet & propugnet nos Spiritu S. ne decepti erremus, ne impulsus contra voluntatem Dei aliquid suscipiamus - - Christus vicit diabolum, & dedit nobis Spiritum S. vt auxilio diuino vincamus & ipsi, pag. 145. natura carnalis non desinit malos affectus parere, etsi his resistit Spiritus in nobis. pag. 154, cum (malis) affectibus luctatur Spiritus S. in cordibus, vt eos reprimat, ac mortificet, & inserat nouos spirituales motus. pag. 194. Spiritus S. renouat nos, vt legem facere possimus. pag. 222. ecclesia est corpus Christi, quod Christus Spiritu suo renouat, sanctificat ac gubernat - - quare illi, in quibus nihil agit Christus, non sunt

sunt membra Christi. pag. 497. inter errores refertur opinio, non posse ex Scriptura S. probari ad bonum opus necessario requiri Spiritum S. & eius gratiam. pag. 716. verbum, quod Spiritus S. reuelat ac praedicat, & per quod pectora illuminat &c. pag. 824. verbum Dei est instrumentum Spiritus S. quo conuersionem hominis efficit. pag. 834. confitemur, fidem & salutem in nobis conseruari aut retineri non per opera, sed tantum per Spiritum Dei.

Ex his sententiis collectis simul patet, Confessores nostros, quum a Spiritu S. emendationis nostrae initium atque incrementa effici doceant, ista appellatione *Spiritus Sancti* 1.) non significare *Euangelium*, quomodo nonnulli in variis locis Scripturae S. istam vocem explicant. Nam si haec fuisset mens Confessorum nostrorum, quomodo potuissent sine manifesta absurditate dicere, *verbum & peculiariter euangelium, esse instrumentum Spiritus S. per quod hic efficaciter operatur, quae ad emendationem hominum pertineant.* Hoc enim nihil aliud esset, ac si dixissent, *euangelium esse instrumentum euangelii &c.* 2.) Neque cogitandum est, Confessores nostros vocabulo *Spiritus S.* hanc vim subiecisse, vt *nouum habitum sapientiae & sanctitatis per verbum Dei in animis effectum* denotet; quam significationem nonnulli in variis dictis Scripturam S. locum habere existimant. Nam si illi ita fuissent vsi denominatione *Spiritus S.* qui potuissent dicere, *Spiritus S. conuersionem, sanctificationem &c. efficere?* quod idem esset,



ac si dixissent, a nouo habitu sapientiae iustitiaeque effectam esse conuersionem &c. quae absurditas summa cum iniuria Confessoribus nostris tribueretur. Ergo de persona diuina, quae Spiritus S. vocatur, in omnibus istis sententiis sermo ipsis fuit. Quare etiam ii, qui omnia effata Scripturae S., in quibus Spiritui S. istae operationes, quas supra descriptas dedimus, tribuuntur, non de persona diuina, sed mox de euangelio, mox de habitu nouo sanctitatis explicant, symbolis nostris aduersari existimandi sunt.

Sed iam existit alia quaestio, quomodo id intelligant Confessores nostri, quum Spiritui S., personae diuinae, tribuant effectum emendationis hominum, num forsan Spiritum S. ob has duas tantummodo rationes emendationis nostrae auctorem atque effectorem esse confiteantur, quia is 1.) olim miraculose reuelauerit & uiris sanctis inspirauerit Scripturam s. quae deinde lecta, audita, cogitataque per vim suam logico-moralem causa fiat emendationis hominum; 2.) quoniam Deus & peculiariter etiam Spiritus S. per gubernationem mundi & speciatim hominum ordinariam & naturalem adiuuet vim illam Scripturae S. logico-moralem, ut haec tantum robur accipiat, quantum sufficiat ad homines salutariter commouendos emendandosque. Sed amplius quiddam cogitasse Confessores nostros, & statuuisse Spiritum s. ratione modoque multo propiori emendationem hominum efficere, id ipsi haud obscurum aut ambiguum manere passi sunt. Nempe ex pluribus eorum

rum pronuntiatis mox recensendis fatis apparebit, eos iudicasse, Deum & Spiritum S. in animis hominum salutariter operari non tantum remotiore ista &, vt cum philosophis loquamur, mediata ratione, quae paulo ante descripta est, sed praeterea etiam ἀμεσως hoc significatu, vt praesentia sua & ἀδιασασία vtatur ad mutationes illas salutes in hominibus efficiendas.

Quae hoc verum enunciant sententiae in Symbolis nostris obuiaae *quartam* & vltimam classem constituunt; quam vero ob maiorem euidentiā in haec diuersa pronuntiatorum genera porro distribuemus. 1.) *primum* enim Confessores nostri omnes homines adeo destitutos esse profitentur viribus propriis ad vllum opus vere bonum, vt sola vis logico-moralis Scripturae S. ad eos emendandos sanctificandosque non possit sufficere. Form. Conc. ed. Reinecc. pag. 942. *si verbum Dei - - praedicatum fuerit, illudque meditati fuerint - - Dominum - - adesse & largiri ea - - quae homo alias ex propriis viribus neque accipere neque dare potest.* pag. 94. *reliquias peccati originalis - - indigere - - Spiritu S. vt mortificentur.* pag. 21. *humana voluntas - - non habet vim sine Spiritu S. efficiendae iustitiae Dei - - sed haec fit in cordibus, cum per verbum Spiritus S. concipitur.* pag. 83. *quorsum opus erit Spiritu S. si vires humanae per sese possint Deum super omnia diligere.* pag. 109. *humanus animus sine Spiritu S. aut securus contemnit iudicium Dei, aut in poena fugit & odit iudicantem Deum - - vere peccant etiam cum honesta opera faciunt sine Spiritu S.* pag. 580, *Huic verbo adest - - Spiritus S.*



Et corda hominum aperit &c. Si enim Spiritus Sancti gratia
 absit, nostrum velle Et currere, nostrum plantare, seminare
 Et rigare prorsus frustranea sunt. pag. 716. verbum, quod
 Spiritus S. reuelat Et praedicat, Et per quod pectora illumi-
 nat Et accendit, vt verbum accipiant, amplectantur, illi
 adhaerescant, inque eo perseuerent. Vbicunque enim genti-
 um Spiritus S. verbum Dei praedicare non finit, inque corde
 excitat, vt accipiatur, ibi frustra est ac deperditum. pag.
 567. qua ratione fit istud? sc. vt regnum Dei adueniat?
 R. Cum pater coelestis dat nobis suum S. Spiritum, qui effi-
 cit gratia sua, vt sancto eius verbo credamus, ac pie viuam-
 us. pag. 824. Hoc verbum homo certe audire debet, sed
 tamen, vt illud ipsum vera fide amplectatur, id nequaquam
 suis viribus propriis, sed sola gratia Et operatione Dei Spiritus
 S. obtinere potest. pag. 929. Neque ab eo ad interitum
 cursu homo precibus, admonitionibus, obsecrationibus, minis,
 obiurgationibus reuocari se patitur, nulla doctrina, nullae
 conciones apud eum locum habent, antequam per Spiritum
 S. illuminatur, conuertitur Et regeneratur. pag. 938. male
 docetur, cum fingitur, hominem non renatum adhuc tantum
 habere virium, vt euangelium amplecti - - cupiat. Jam ex
 his sententiis modo allatis cuius patere poterit, Con-
 fessores nostros non in ea fuisse opinione, quasi Deus
 & Spiritus S. tantummodo per vim Scripturae S. logico-
 moralem in nobis efficiat, quae ad salutem nostram per-
 tineant, mentis mutationes. Nam (1.) quum vis ista
 logico-moralis in eo ponenda sit, vt ex verbis Scriptu-
 rae S. homines ea ratione, quam logica & in primis
 hermeneutica praecipit, possint sensum eruere, notio-
 nes



nes & sententias propositas cogitare, ex his porro ratiocinando alias sententias non diferte enunciatas inuenire, atque vt deinde his ita ab intellectu cogitatis voluntas hominum aliquo modo commoueri possit: facile est intellectu, omnes istos effectus ex vi logico-morali oriundos naturaliter & propriis viribus intelligentiae voluntatisque hominum prouenire. Si igitur vis logico-moralis Scripturae S. sufficeret ad mutationes salutares, quas Deus in hominibus per Scripturam S. efficere vult; Deus & Spiritus S. hac quidem ratione esset causa remotior istorum effectuum, quoniam semel Scripturam S. inspirasset, sed postea quam Scriptura S. in manibus hominum esse cœpisset, hi ipsi adhibita illa secundum regulas logicas & rhetoricas se conuertere, sanctificare, renouare viribus propriis seu naturalibus possent. Hoc autem postremum plane negant Confessores nostri, vt supra vidimus, & ex pluribus aliis locis symbolorum satis superque apparet. Ergo ex hoc solo iam patere poterit, non posse sententiam illorum esse, Deum per solam vim logico-moralem Scripturae S. agitationes mentis ad salutem spectantes in homine efficere. Sed (2.) ne quis suspicetur, Confessores nostros forsitan ea tantummodo ratione negasse homines propriis viribus eam emendationem quae ad salutem pertineat, in se efficere posse, quoniam supra hominum potestatem naturalem positum sit, eas doctrinas inuenire atque excogitare, quibus cognitibus ipsi ad salutem suam in intellectu & voluntate emendentur; siquidem illae tantummodo per supernaturalem




lem Dei reuelationem innotescere potuerint: breuiter adhuc ostendendum est, quam sit aliena ab omni aequitate hermeneutica talis interpretatio seu potius calumnia. Nam, si id modo dicere voluissent, Confessores nostri sententiis supra recensitis; sane contra omnem loquendi usum peccasse accusandi forent. Nam, vt hoc vtamur, si princeps aliquis aut magistratus edictum promulget adiectis minis poenarum quarundam arbitrariarum sancitum; vtique magistratus ille per vim logico-moralem illius edicti auctor fiet multarum cogitationum commotionumque in animis ciuium; & hi, antequam edictum istud in publicum propositum fuerit, scire non poterant voluntatem legislatoris vel de actionibus suscipiendis omittendisue, vel de poenis legem migranti inferendis. Et tamen nunquam aliquis ex sermonis usu ac consuetudine ita diceret, ciues illos non potuisse propriis viribus istam legem accipere, amplecti, ei credere & parere. *Item*, Deus parentibus humani generis fructu arboris illius, quae a cognitione boni malique nomen traxerat, adiecta mortis comminatione interdixerat. Jam primi illi parentes nostri, quamuis adhuc integerrimi essent, tamen sola ratione neque interdictum illud, neque poenas illius transgressionem sequuturas cogitando reperire potuissent. Sed tamen nemo sanus eam ob rem ita loquitur, protoplastos nostros in statu integritatis non potuisse propriis viribus isti interdicto diuino credere aut obedire. Atque vt hac de re tota vniuerse aliquid moneamus, quod probe tenendum est, contra quosdam, qui

secus

fecus iudicant: non in eo sita est corruptio intelligentiae nostrae voluntatisque, vt neque sola ratione ordinem salutis excogitare possimus, neque ad eundem seruandum voluntatem flectere prius, quam ille nobis per reuelationem diuinam innotuerit. Non enim, nisi omniscii essemus & τὰ πάντα τοῦ Θεοῦ penitus perspicere valeremus, viam salutis sine diuina reuelatione ipsi reperire possemus. Sed licet in eo, quod non sumus omniscii, longissime absumus a summa perfectione; tamen nemo sanus in eo defectu corruptionem nostram ponit: alioquin ipsi archangeli dicendi forent corrupti. Immo ne illud quidem ad corruptionem nostram refert quisquam sanus, quod non possimus ratiocinando sine aliorum testimoniis excogitare e. g. Iulium Caesarem olim multis vulneribus esse confectum. Denique (3.) vt ne minima dubitatio relinquatur, Confessores nostros istis sententiis de defectu virium hominis naturalium ad vllum opus vere bonum simul docere voluisse, ad emendationem hominum non sufficere vim Scripturae S. logico-moralem, sed maiorem aliquam & propiorem vim Dei ad animos hominum applicandam requiri: recordamini & considerate, quae sumus, figillatim haec *tria* dogmata, quae Confessores nostri enunciationibus supra allatis tradere nobis voluerunt. a.) *primum* enim docent, non sufficere ad emendationem hominum salutarem efficiendam, vt verbum Dei proponatur, audiatur, legatur, cogitetur, sed *a Deo* pectora accendenda esse, vt verbum accipiant, amplectantur, illi adhaerescant, inque eo perseuerent;

c


rent;



rent; a Deo corda excitanda esse, ut accipiatur verbum: alioquin frustra esse ac deperditum. Jam si vis logico-moralis Scripturae S. sufficeret, quid opus esset praeter verbi diuini annunciationem meditationemque peculiari ista actione Dei, qua animos hominum accendat, atque excitet ad accipiendum verbum eique credendum? b.) docent Confessores, nisi Spiritus Sancti gratia adsit, nostrum velle & currere, nostrum plantare, seminare & rigare prorsus frustranea esse. Sed si vim S. Scripturae logico-moralem sufficere putassent, quomodo ita loqui potuissent? tunc enim potius dicendum ipsis fuisset, nostrum plantare, seminare, rigare i. e. diligentiam nostram in meditando aliisque exponendo applicandoque verbo Dei secundum regulas logicas & rhetoricas ita sufficere ad salutarem fructum praestandum, ut nihil amplius requiratur, nisi ut ii, qui nos audiant, propriis viribus emendare se ipsi velint. c.) Imo, quod rem totam conficit, docent Confessores, hominem a suo ad interitum cursu non precibus, non admonitionibus, non obsecrationibus, non minis, non obiurgationibus reuocari se pati; nullam doctrinam, nullas conciones apud eum locum habere, antequam per Spiritum S. illuminetur, conuertatur, regeneretur. Obtestamur Vos, ut ipsi iudicetis, qui fieri potuisset, ut Confessores nostri ita loquerentur, si vim logico-moralem Scripturae S. ad emendationem hominum salutarem sufficere putassent. Nam ea vis necessario se exercere debet, ubi doctrina, preces, admonitiones, obsecrationes, minae, obiurgationes ex s. litteris haustae ad animum applicantur. Quomodo igitur Confessores

res nostri haec omnia apud homines *locum habere i. e.* satis efficacia esse, antequam illi per Spiritum S. illuminentur &c. negare potuissent, si vi illa Scripturae S. logico-morali contenti fuissent.

2.) Sed idem, quod hucusque primo genere sententiarum ad classem quartam pertinentium demonstratum dedimus, Confessores nostros ad homines salutariter emendandos, maiorem aliquam & propiorem vim diuinam requisivisse, quam illa est, quae Scripturae S. cum aliis libris humanis communis est, *alia* adhuc *ratione* probari potest. Nam in celebri illo effato Aug. Conf. ed. Reinecc. pag. 14. ita docent Confessores: *per verbum & Sacramenta tanquam per instrumenta donatur Spiritus S., qui fidem efficit, vbi & quando visum est Deo, in iis, qui audiunt Euangelium.* Notum est, his verbis a nonnullis eum sensum esse affectum, quasi iis Confessores nostri absolutam praedestinationem docuissent. Sed, quoniam haec calumnia iam dudum ab ecclesiae nostrae doctoribus depulsa est, nolimus huic causae immorari. Sed hoc potius breuiter vincemus, Confessores nostros istis verbis satis perspicue contradixisse omnibus iis, qui vim Scripturae S. logico-moralem sufficere putent ad fidem hominibus ingenerandam, reliquamque emendationem efficiendam. Quod Confessorum consilium *tum* ex ipsis illis verbis, *vbi & quando visum est Deo, tum* inde etiam satis apparet, quod statim post ea verba addunt: *Damnant Anabaptistas & alios, qui sentiunt, Spiritum S. contin-*



gere sine verbo externo hominibus per ipsorum praeparationes & opera. Jam, quum ex his duobus erroribus vnus sine altero placere alicui possit, vtrique figillatim contradicere voluerunt verbis superioribus 1.) nam isti priori commento, *Spiritum S. contingere hominibus sine verbo externo*, opponunt sententiam, *per verbum & sacramenta tanquam per instrumenta donatur Spiritus S.* 2.) alterum errorem *Spiritum S. contingere hominibus per ipsorum praeparationes & opera*, reiiciunt hac sententia, *Spiritus S. fidem efficit, vbi & quando visum est Deo, in iis, qui audiunt euangelium.* Jam dupliciter ex hoc toto sermone Confessorum nostrorum colligere possumus, eos minime existimasse, nos Spiritum S. per verbum ita duntaxat accipere, vt Spiritus S. per vim logico-moralem verbi, quod olim inspirauerit, effectuum in mentibus nostris salutarium auctor fiat. Nam 1.) ita per solas *praeparationes nostras & opera* iam Spiritum S. accipere possemus. 2.) vis Scripturae S. logico-moralis non potest se accommodare ad circumstantias locorum temporumque, in quibus singuli homines versentur. Sed, quam dicant Confessores nostri, Spiritum S. efficere fidem, *vbi & quando visum sit Deo*; omnino statuunt, Deum ad efficiendam fidem adhibere vim quandam, cuius applicationem in singulis hominibus ipse sapienter ad circumstantias loci temporisque accommodet. Quae ipsorum sententia dilucidius exposita est Form. Conc. pag. III6. *Novit Deus procul dubio tempus & horam, eamque apud se constituit, quando videlicet unumquemque vocare, convertere, & lapsum rursus erigere velit.* Quia

Quia vero id nobis non est reuelatum: intelligimus, hoc nobis iniungi serio, ut semper praedicando & tractando Dei verbo instemus, tempus vero & horam conuersionis Deo permittamus. Sic nemo loqui potest, qui Deum per solam vim logico-moralem verbi sui conuersionem & incrementa emendationis efficere putat. Nam, qui hoc sentit, si sibi constare velit, affirmare debet, postquam semel Deus Scripturam S. nobis dederit, hominem quemuis, qui modo Scripturam S. adhibere velit, ex ea se ipsum illuminare & conuertere posse ubique & quodocumque sibi libeat, aut ipse pro libertate sua decernat, se non amplius pertinaciter incitamenti & vi morali Scripturae S. resistere velle.

Hoc igitur iam satis patet, Confessores nostros ad emendationem hominum & inchoandam & continuandam praeter vim logico-moralem, quam Deus verbo suo indidit, aliam adhuc vim atque efficientiam Dei requirere. Sed quoniam in istis sententiis, quas hucusque recensuimus, nondum satis declaratum est, qualem vim Dei Confessores nostri ad illos salutes effectus necessariam ducant; atque aliquis dubitare possit, annon Confessores eam vim Dei, quae se exserit gubernatione mundi, & peculiariter hominum, ordinaria, naturali & mediata, si haec a Deo iungatur isti efficaciae verbi sui logico-morali, iam sufficientem & parem istis effectibus existiment: age, *duo* adhuc genera sententiarum in symbolis nostris obuia, quae ad quartam classem supra definitam adhuc pertinent, afferemus,



remus, quae vtrumque probabunt, nempe Confesso-
res nostros *neque* efficacia verbi diuini logico-morali,
neque ea vi Dei, quam adhibeat in gubernatione sua
mediata in regno naturae contentos fuisse; sed praeter
illam vtramque adhuc aliam vim Dei ad animos homi-
num applicandam requisivisse; quae quidem hactenus
mediate agere dici posset, quoniam ad verbum Dei
tanquam instrumentum alligata sit, sed tamen etiam
ἀμέσως agere dicenda sit, quatenus Deus ad talem acti-
onem *ἀδιασασία* & praesentia sua vti necesse habeat.

Nam 3.) pluribus locis Confessores nostri profi-
tentur, *se hac in doctrina neutiquam facere cum PELAGIA-
NIS*, sed potius horum commenta damnare & reiicere.
*Aug. Conf. pag. 22. Damnant Pelagianos & alios, qui docent,
quod sine Spiritu S. solis naturae viribus possumus Deum super
omnia diligere. Apolog. pag. 346. quid interest inter Pelagia-
nos & aduersarios nostros, cum vtrique sentiant, homines
sine Spiritu S. posse Deum diligere, & praecepta Dei facere &c.
Epit. pag. 821. repudiamus - - Pelagianorum errorem, qui as-
serere non dubitarunt, quod homo propriis viribus sine gratia
Spiritus S. sese ad Deum conuertere, Euangelio credere,
legi diuinae parere - - valeant.* Quorsum etiam pertinet,
quod ibidem Confessores nostri errores *Semipelagiano-
rum & Synergistarum* reiiciunt. Jam vero *Pelagiani* eo-
rumque socii modo dicti neque vim verbi diuini logi-
co-moralem negant, neque dubitant, quin Deus per
gubernationem mundi ordinariam naturalem media-
tam adiuuet illam vim atque efficaciorum reddat, vt
homo


homo euangelio credere, Deum diligere &c. possit. Ergo Confessores nostri, dum Pelagianorum &c. doctrinam repudiant, aliquid amplius requirant necesse est, quam illam vim vtramque, quam Pelagiani concedere non dubitarunt.

Ne autem diutius aliquis dubitet, quid sit istud amplius atque efficacius, quod Confessores nostri praeter istam vtramque vim a Pelagianis concessam, adhuc addendum esse existiment ad emendationem hominum diuinitus efficiendam;

4.) adiiciemus vltimo loco sententias illorum eas, in quibus *tum generatim praesentiam Dei ad quosuis spirituales & salutes effectus praestandos in mentibus hominum emendandis, tum speciatim substantialem inhabitationem Dei in credentibus* disertis verbis affirmant ac defendunt. Epit. pag. 580. & 820. *cui verbo adest praesens Spiritus S. & corda hominum aperit. Declarat. pag. 492. si verbum Dei --- praedicatum fuerit, illudque meditati fuerint, certissime Dominum gratia sua praesentem adesse, & largiri ea - - quae homo alias ex suis propriis viribus neque accipere neque dare potest. De praesentia, operatione & donis Spiritus Sancti non semper ex sensu iudicari debet aut potest. Epit. p. 834. Confitemur, fidem & salutem in nobis conseruari aut retineri non per opera, sed tantum per Spiritum S. - - bona autem opera testimonia esse, quod Spiritus S. praesens sit, atque in nobis habitet.*

bitet. pag. 830. inter errores repudiandos refertur haec opinio, non ipsum Deum, *sed tantum dona Dei in credentibus habitare.* Conf. Declarat. pag. 977.


Ex tota hac recensione sententiarum in libris nostris symbolicis obuiarum & in quatuor classes a nobis distributarum iam luculentissime cuius patere poterit, quatenam sit publica, symbolica & sincera ecclesiae nostrae doctrina de Dei & peculiariter Spiritus sancti *tum* operationibus ad emendationem hominum necessariis in genere, *tum* in habitatione in credentibus, seu, ut terminis technicis utamur, de *gratia assistente, operante, cooperante, inhabitante.* Haec doctrina post confectam Formulam Concordiae subsequenti tempore a Theologis ecclesiae nostrae, quum recentiores controuersiae occasionem praeberent, vberius, diligentius, circumscriptius, adhibita terminologia quadam, tractata est, in primis, quum *partim* contra *Arminianos*, *partim* contra *Rathmannum* disputandum esset. Nempe, quum illi operationes gratiae per verbum diuinum ad homines salutariter emendandos spectantes tantummodo in vi Scripturae S. logico - morali ponerent, theologi nostrates verbo diuino non modo hanc efficaciam, sed praeterea etiam aliam, quam *physicae - analogam* vocare placuit, vindicarunt; quae, quum varie ab his illisue & plerumque ita descripta sit, ut ambiguitati adhuc locus relinqueretur, mihi quidem, qui haec scribo, optime explicari videtur, si in eo ponatur, ut verbum diuinum ad perficiendam in hominibus eam mentis indolem



lem salutiferam, ad cuius effectiōnem vis ipsius propria & logico-moralis adhibetur quidem a Deo tanquam instrumentum, sed ob hominum corruptionem nondum sufficit, *adiutrices habeat operationes Dei & peculiariter Spiritus S. in hominibus eo verbo utentibus, & eiusmodi quidem, quae requirant, ut Deus istis hominibus praesens sit.* Hanc autem efficaciam Scripturae S. *physicae-analogam* a Theologis illis contra Arminianos disputantibus non recenter excogitatam, sed ab ipsis Confessoribus nostris, licet termino isto tecnico vsu non fuerint, iam assertam esse, ex iis, quae supra attulimus, cuius perspicuum esse poterit. Ex descriptione huius efficaciae paulo ante data apparet, eam re vera nihil aliud esse, nisi concursum quendam Dei cum verbo suo. Sed quum *Rathmannus* talem concursum Dei & Spiritus S. a Scriptura S. eiusque vsu nimis videretur disiungere, & talem vim physicae-analogam Scripturae S. fingere, quae modo *ambulatoria* esset, nec semper verbo diuino iuncta; Theologi nostri contra illum asseruerunt, illum concursum diuinum, in quo vis Scripturae S. physicae-analoga cernatur, per liberam Dei ordinationem ita esse alligatum ad Scripturam S. eiusque vsu, & cum ea ita indissolubiliter coniunctum (haec enim sunt verba consueta theologorum) ut idem ille concursus commode dici possit ac debeat *vis Scripturae S. ipsius*, & quidem *supernaturalis*, ut distinguatur a logico-moralis illa, quae naturaliter se exserat. Imo nonnulli theologi, ut *Rathmanno* eo seuerius contradicerent, non dubitarunt illam vim S. Scripturae superna-

d

tura-




turalem etiam vocare *intrinsecam, naturalem, essentialem*, minime autem propterea, quod existimassent, eam vim ex ipsa essentia S. Scripturae necessario provenire, feu, *subiective, formaliter, inhaesive* illi inesse, & multo minus, quod putassent, eam vim Scripturae S. quae alias supernaturalis vocatur, nullam aliam esse, nisi logico-moralem, quae utique verbo diuino essentialiter inest; sed propterea, quia vim illam Scripturae S. physicae-analogam spectari posse putabant quasi essentialem, quod semper & indiuisse cum Scriptura S. coniuncta sit per liberam Dei ordinationem, perinde ac si esset Scripturae S. essentialis & naturalis. Sic obuiam ire voluerunt theologi nostrates *tum iis doctoribus ecclesiae reformatae*, qui suscepto dogmate de absoluta praedestinatione cogebantur asserere Spiritum S. non semper & ad omnes, qui Scriptura S. vtantur, adhibere istum concursum supernaturalem & efficacem; *tum Enthusiasticis*, qui etiam sine Scriptura S. Spiritus S. eiusque efficaciae participes fieri posse sibi persuadent. Ergo manifeste falsa est eorum opinio, qui putant, aliisque persuadere conantur, errorem *Rathmanni*, contra quem pugnauerint theologi orthodoxi, in eo situm fuisse, quod is putasset, vim Scripturae S. supernaturalem esse concursum Dei praesentis cum verbo suo; hoc enim omnes doctores orthodoxi concefferunt olim, & adhuc concedunt. Sed de eo lis fuit, vtrum vis illa S. Scripturae ex concursu Dei oriunda tantummodo *ambulatoria* fit, nec semper & intime cum verbo diuino coniuncta, quod *Rathmannus* affirmare visus est; an vero concursus ille
Dei

Dei praesentis cum verbo s. vis verbi diuini physicae analogae *semper & indiuisse* cum verbo eodem coniuncta sit *per liberam Dei ordinationem*: hoc, hoc inquam, erat, quod theologi orthodoxi contendebant.

Ex his omnibus iam satis apparet, eorum sententiam minime cum doctrina ecclesiae nostrae publica & symbolica conuenire, qui statuunt, Deum *tum* generatim in operationibus suis ad emendandos homines suscipiendis, *tum* speciatim in inhabitatione in credentibus, non alia vi agere, nisi partim vi illa logico-morali, partim gubernatione mundi ordinaria naturali & mediata. Et tamen sunt in media nostra ecclesia doctores magnae auctoritatis, qui re vera nullam aliam vim Dei cum verbo suo coniunctam agnoscunt, nisi vtramque illam postremo loco descriptam, & qui re vera vim Scripturae S. supernaturalem s. concursum Dei supernaturalem cum verbo suo negant, & nihilo minus cum symbolis nostris & doctoribus ecclesiae nostrae orthodoxis optime consentire sibi videntur aut aliis persuadent; quoniam iisdem verbis in hac doctrina vtuntur, quibus vti solent orthodoxi. Quod quomodo efficere potuerint, quoniam supra promissimus, & *Vobis, Ciues amicissimi*, non vna de causa proficuum fore confidimus, iam breuiter adhuc ostendemus. Ex *Jac. Carpouio* id optime discemus. hunc enim solum nominamus, quoniam ipsum iam mortuum animaduersione nostra non afficit, reliquos, qui eum sequuntur & adhuc in viuis sunt, nunc quidem tacemus. Videamus igitur praecipue quidem, quomodo *Carpouius inhabitationem Dei* in credentibus explicet, sed tamen etiam, ob nexum satis arctum, quid idem de *efficacia verbi diuini* & de *regeneratione* doceat. Digna esset haec res, quae fusius explicaretur, sed libellus inde enasceretur; quare hoc loco breuissime eam expedire conabimur.

Quid igitur 1.) *Carpouio* est *efficacia verbi diuini*, nempe strictè sic dicta, i. e. supernaturalis? lege Theol. reuel. Dogmat.



Tom. I. §. 124. *illa vis conuincendi & ad obsequium flectendi* (nempe, quod quis per sola Scripturae S. effata intellectum suum ad assensum, voluntatem ad obsequium trahi, affectusque conuenientes in se ipso excitari experiatur) dicitur efficacia S. S. Hic admodum obscurum est, quomodo illud, per sola S. S. effata, intelligat. Magnam speciem prae se fert, se consentire cum orthodoxis, quoniam ex his plures illam subitam persuasionem animique commotionem, quae *solis effatis Scripturae S.* auditis lectisue existat nonnunquam sine euolutione distincta argumentorum probantium mouentiumque, tanquam experimentum efficaciae Scripturae S. supernaturalis afferre solent. Sed in alia omnia abire *Carpouium* mox videbis. Nam illud quidem iam suspiciosum est, quod ille ne verbulum quidem in ista definitione *de concursu Dei praesentis cum verbo suo* dicat. Sed prodit se luculentius §. 125. nempe ad quaestionem, *unde Scriptura S. habeat illam efficaciam*, respondet, *inde, quod S. Scriptura ab ipso Deo immediate ortum trahat*. Hic iterum altum silentium est *de concursu Dei praesentis cum verbo suo*; quum tamen ex hoc, non autem inde, quod olim Deus Scripturam S. inspirauerit, recte deducant orthodoxi efficaciam verbi diuini supernaturalem. Ne autem diutius dubites, qualem notionem de hac efficacia sibi finxerit *Carpouius*, legas §. 128. & 129. Deprehendes totius disputationis illius prolixae hanc esse summam: *per efficaciam verbi diuini huius diuinitatem hoc modo persuaderi, ut homo Scripturam S. debite legens ex ipsa lectione, etiam sine distincta euolutione syllogismorum, cognoscat illi competere criteria illa reuelationis propioris Scholio 3. recensita; & eo, quod Deus eiusque Spiritus Scripturam S. ita corcinnauerit, ut dicto modo homines confuse etiam sine syllogismorum explicatione criteria diuinitatis illius reperire & agnoscere possint, Deum testari realiter de diuinitate verbi sui: atque hoc esse testimonium Spiritus S. internum.* Quantum vero distet haec explicatio a doctrina orthodoxorum, quoniam ex superioribus quibus perspicere potest, non attinet declarare.

Sed

Sed 2.) audiamus etiam, quid Carpouio fit *regeneratio*? Tom. II. §. 867. explicat eam per *donationem fidei*. §. 873. demonstrat, *non posse hominem per vires rationis solius, licet sanae, se ipsum regenerare*, & §. 889. per *regenerationem donari hominem viribus ad bonum spiritualibus*. Verba sunt praeclara & perfecte consonant verbis orthodoxorum. Sed iam attende, quasnam notiones istis verbis subiiciat. Cur non potest homo per vires rationis solius se ipsum regenerare? respondet, *quia homo non potest fidem in se ipso excitare*. Quidni hoc potest? ablegat nos ad §. 821. vbi hanc rationem affert, *quoniam homo euangelium, ex quo fides oriatur, non possit per solam rationem cognoscere*, & secundum Scholion, *quoniam homo per solam rationem non agnoscat Christum, quia Trinitatis diuinæ, cuius -- Christus persona secunda est, ignarus sit*. Ergo secundum Carpouium ideo non potest homo se ipsum regenerare, *quia mysterium Trinitatis & Christi non potest sine reuelatione excogitare*, & ex primis principiis cognitionis humanae demonstrare. Bella ratio. Audi porro, quomodo doceat Carpouius per *regenerationem nobis dari vires ad bonum spirituales*; discēs ex §. 889. & eius Scholio I. hoc inde fieri, *quod euangelium fortissima motiua det ad id, quod voluntati diuinæ conforme sit, ex motiuis autem conatus agendi oriantur i. e. vires, quae spirituales sint, quia ex fide proficiuntur*. Ergo secundum Carpouium per *motiua* Euangelii, i. e. per *vim euangelii logico-moralem donatur viribus spiritualibus*. Videsne, quid intersit inter eius & orthodoxorum doctrinam?

Jam denique 3.) videbimus, quomodo *inhabitationem Dei & Spiritus S. in credentibus* explicet nobis Carpouius. Tom. II. §. 1260. *primum* demonstrat, *in homine regenito Deum & appropriatiue Spiritum S. gratiose operari*. Sed, si attendas, quomodo omnium istarum operationum diuinarum, quas ibi recenset, modum rationemque in Ss quos citat, explicet, inuenies illum eas omnes *ex vi S. Scripturae logico-morali deducere*. Ergo




secundum *Carpouium* Deus operatur gratiose in rege-
 & quatenus olim *Scripturam S. inspirauit*, ex cuius vi logico-
 morali deinde per omnia tempora subsequencia in hominibus
Scriptura S. vtentibus notiones, sententiae, commotionesque
 animi proficiscuntur. Jam pergit *Carpouius* §. 1261. *in quocun-*
que Deus gratiose operatur, illi gratiose est praesens; quum
igitur in rege[n]tis Deus - - & Spiritus S. operetur, illis vel in
illis Deus & Spiritus S. praesens est, & quidem etiam, secundum
 §. 1262. *qua substantiam suam, quia, vbicunque Deus prae-*
sens est, ibi praesens est qua substantiam suam. Hanc praesen-
tiam in rege[n]tis Deus continuare vult vsque ad mortem eo-
rum beatam. §. 1263. *Sed quoniam, vbicunque quis cum ani-*
mo ibi manendi praesens est, is ibi dicitur habitare; sequi-
tur, Deum & Spiritum S. in rege[n]tis habitare. Q. E. D. Vt
 autem celeriter videas, quam firma sit talis demonstratio, obse-
 cro tecum ipse cogites, quid iudicaturus esses, si quis tali aliqua
 demonstratione ita prorsus ad similitudinem illius *Carpouianae*
 conficta, vt ouum ouo non possit esse similius, serio minimeque
 iocose apud te vteretur. *Paulus Apostolus* per vim epistolarum
 suarum logico-moralem sine dubio operatur in omnibus eas de-
 bita ratione legentibus, atque efficit in eorum animis multas ve-
 ras notiones, sententias, consilia & commotiones. Ergo *Paulus*
 omnibus his suis lectoribus praesens est. Jam, quoniam ipse est
 ens ratione praeditum, adeoque simplex, quoad animam; se-
 quitur, vbicunque praesens sit, ibi eum praesentem esse qua sub-
 stantiam suam. Ergo in omnibus epistolarum suarum lectoribus
 praesens est *Paulus* qua substantiam suam. Jam porro *Paulus*
 hoc modo praesens manere vult in lectoribus suis; cupit enim
 sine dubio operationes supra dictas in iis continuare per episto-
 las, quamdiu illi viuant. Ergo *Paulus* in omnibus epistolarum
 suarum lectoribus habitat. Sic etiam idem de *Platone*, de *Ari-*
stotele, de *Cicerone* demonstrare licebit. Nihil opus est tam fu-
 tiles demonstrationes fusius refellere; neque quidquam amplius
 adicie-

adiiciemus de *ratione Carpouiana* istas doctrinas biblicas tractandi; satis enim iam ex istis exemplis perspecta erit. Difficile dictu est, vtrum *Carpouius*, & qui eum in tali tropo paedias sequuntur, ex astutia, an vero ex ignoratione, quid Theologi orthodoxi de efficacia Scripturae S. de regeneratione, de inhabitatione Dei in rege[n]itis, sentiant dicantque, ita nobiscum egerint, vt verbis, quae orthodoxis sollempnia sunt, tamen notiones sententiasque plane alienas introducere fategerint. Sed hoc iudicent ipsi.

Vos autem ex hoc exemplo discite in rem Vestram, *Ciues*, inprimis *Vos*, qui *Theologiae* operam datis, 1) quam caute Vobis prouidendum sit, ne in lectione scriptorum, inprimis theologorum, verbis decipiarnini, hisque latenter notiones sententiaeque mentibus Vestris insinuentur, quae veritati, maxime illi diuinitus reuelatae, plane contrariae sint; 2.) quam facile sit, vt quis mentiatur methodum mathematicam, eaque abutatur ad introducendos, etiam in Theologia, maximos errores; quod hoc artificio facillime fieri potest, si definitiones ita formentur, vt deinde ad demonstrandum, quod velis, accommodatae sint. Sic, quum *Carpouius* hanc falsam aut mancam definitionem fundamenti loco posuisset, *eum praesentem alii esse ac dici, qui agat in illum* (operetur in illo) neque vidisset, (nisi forte astute egerit) ad praesentiam alicuius requiri *ἀδασαρίαν* i. e. *immediatam actionem in id, cui illud praesens dicatur, aut talis actionis facultatem*: facile isti philosopho fuit, licet is nullas alias operationes Dei per verbum ipsius in mentibus hominum, nisi eas, quae ex sola vi Scripturae S. logico-morali proficiscuntur, re vera concesserit, tamen ad speciem demonstrare, Deum in rege[n]itis habitare. Si methodus mathematica secundum veram eius notionem, quae autem plurimos fugit, recte ac legitime adhiberetur, eadem optima foret, mea quidem sententia. vti omnium disciplinarum dogmaticarum, sic etiam Theologiae docendae ratio. Sed iste abusus, cuius aliquot exempla supra dedimus,

mus,



mus, proh dolor, vna ex causis fuit, cur illa methodus tota & simul vera *ἀκριβεια* & firmitas demonstrationum contemni, & istius loco iam alia, quae *pulchrae* nomine cohonestatur, sed reuera leuis, defultoria & garrula differendi ratio magis placere multis coeperit.

Jam illud, quod nobis hoc tempore propositum fuit, satis explicauimus, nempe quaenam vera & symbolica ecclesiae nostrae doctrina sit de inhabitatione Dei in credentibus, imo in genere de operationibus gratiae, atque ad eas spectante efficacia Scripturae S. physicae analogae & supernaturali. Ostendimus simul, eos minime cum symbolis nostris conuenire, qui operationes gratiae *tum* in genere *tum* speciatim *in inhabitatione Dei*, qua regeniti fruuntur, tantummodo *aut* ex vi S. Scripturae logico-morali, *aut* ex gubernatione diuina ordinaria mediata & naturali explicent. Vehementer autem deprecamur, ne quis nos seruo illi imitatorum pecori annumeret, aut hanc suspicionem fane iniquam de nobis suscipiat, quasi satis nobis sit, hoc vel illud sic nec aliter in symbolis nostris doceri, & quasi ex systemate theologorum auctoritatem consequutorum toti pendeamus. Illud potius ingenue pollicemur, quam primum ex ipsa Scriptura S. intellexerimus, ecclesiam nostram aut eius doctores in hac vel illa doctrina errasse, nos non esse dubituros, de errore illos modeste monere. Itaque etiam hanc doctrinam ecclesiae nostrae de inhabitatione Dei in credentibus se uero examini ad vnicam illam credendi normam, Sacram Scripturam, subiiciemus, & circumspicte considerabimus, a quam parte stet veritas, vtrum hinc ab *Enthusiasticis*, an illinc a *Pelagianis*, an vero ab *ecclesia nostra* in medio consistente. Sed hoc examen vna cum vberiore explicatione huius doctrinae tam grauis ad aliam opportunitatem differemus. Jam enim limites huius scriptionis paene excessisse, & perorandum nobis esse videmus.

Quare ad Vos, *Ciues amicisismi*, conuertit se oratio nostra,



stra, & ex tenerrimo amoris affectu hortamur Vos atque obtestamur, vt, quoniam ecclesia nostra ex S. Scriptura id didicit, & publice docet, Spiritum S. non modo olim in primis illis Christi discipulis habitasse ad edenda miracula, quibus confirmetur religio Christiana, sed nobis omnibus offerri inhabitationem Dei & Spiritus S. exoptatissimam & donorum gratiae ad salutem aeternam necessariorum feracissimam: id inprimis agendum Vobis existimetis, vt non modo de hac doctrina solatii plena recte sentire discatis, sed potissimum ipsi experimentum capiat, ardentissimis precibus donationem Spiritus S. ob promissionem Christi Luc. XI, 13. a Patre coelesti & benignissimo exoptatis, per verbum diuinum & gratiam supernaturalem cum eo coniunctam regenerari atque ita praeparari Vos sinatis ad habitaculum Dei in Spiritu, vt templum fiat Dei beatissimi, vt Spiritu eius agi Vos patiamini, memores, qui non habeat Spiritum Christi, eum nec Christi esse, Rom. VIII. 9. qui autem illum habeat, eum filium Dei ab ipso Deo renunciari Rom. VIII. 14. & haereditatis, quam summus ille & essentialis filius Dei iam adiit, participem fieri; vt denique, si semel adeo felices euaseritis, vt ipse Deus in Vobis habitet, nunquam posthac abiiciatis tantam & tam incredibilem beatitatem, sed Deum cum verbo suo efficaciter in Vobis operantem & in Vobis clementer praesentem omnibus precibus studio & cura retineatis, vsque dum non amplius *δὲ ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι* videatis, sed ipsam quasi faciem Dei in caelis magnificentissime praesentis ineffabili atque aeterno gaudio conspiciatis.

P. P.

BUETZOUH, SUB SIGILLO ACAD.

IPSO FESTO PENTECOSTES

CLXXXI.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

1700
LUTHERI, SUB SIGILLO ACAD.
1800
episcopus



33

LBMV Schwerin

000 749 761




Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

https://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1837742456/phys_0037

DFG





the scale towards document



Carpoiana istas doctrinas biblicas tractant
istis exemplis perspecta erit. Difficile di-
ouius, & qui eum in tali tro-po paedias fe-
an vero ex ignoratione, quid Theologi or-
Scripturae S. de regeneratione, de inhabita-
s, sentiant dicantque, ita nobiscum egerint,
odoxis sollempnia sunt, tamen notiones sen-
enas introducere saterint. Sed hoc iudi-

hoc exemplo discite in rem Vestram, *Ciues*,
theologiae operam datis, 1) quam caute Vo-
ne in lectione scriptorum, imprimis theo-
ecipi-
stris insinuentur, quae veritati, maxime illi
plane contrariae sint; 2.) quam facile sit,
ethodum mathematicam, eaque abutatur ad
n in Theologia, maximos errores; quod hoc
ri potest, si definitiones ita formentur, vt
andum, quod velis, accommodatae sint. Sic,
nc falsam aut mancam definitionem funda-
eum praesentem alii esse ac dici, qui agat
n illo) neque vidisset, (nisi forte astute ege-
alicuius requiri *αδιασσίαν* i.e. *immedia-*
cui illud praesens dicatur, aut *talis actionis*
sti philosopho fuit, licet is nullas alias opera-
bum ipsius in mentibus hominum, nisi eas,
pturae S. logico-morali proficiscuntur, re ve-
en ad speciem demonstrare, Deum in rege-
ethodus mathematica secundum veram eius
rem plurimos fugit, recte ac legitime adhi-
tima foret, mea quidem sententia. vti omni-
logmaticarum, sic etiam Theologiae docen-
abus, cuius aliquot exempla supra dedi-
mus,